

PETRVS METTMANNVS CONSVL EM BDENSIS.



Petrus natus est apud Belgas anno circiter millesimo quingentesimo decimoquinto. Hic cum adoleuisset, & prima literarum fundamenta in patria iecisset, Vuitebergam profectus est. Ibi diligentem operam literis dedit, & Philippo præceptore usus, magnum liberalium artium usum sibi comparauit, ita ut in ijs Magister crearetur. Postea in patriam reuersus, Hermanno electori Colonensi gratissimus fuit. Nam eum inter consiliarios recepit, atq; eius opera in legationibus hinc inde ad principes sÆpiissime usus est: Fridericum etiam comitem à Vuida, ex fratre nepotem, huic in omni genere literarum educandum tradidit. Iatque Petrus hæc officia diligenter perfecit, atq; negotia suæ fidei commissa singulari dexteritate expedivit. Postea quoq; Embdensis Consul constituitur. In ea dignitate existens nihil intermisit, quod ad Dei gloriam, literarum promotionem, & patriæ honorem pertinere uideretur. Vnde etiamnum in ijs locis cum autoritate agnoscitur. Anon.